ꝯtinentie. xp̄s iſta tria nobis mõſtrauit
verbo cū dixit Luc. ix. Si quis vult poſt
me venire abneget ſemetipſum. ecce renū
ciatio ꝓprie voluntatis. ⁊ tollat crucē ſuā
ecce mortificatõ carnalis voluptatis. ⁊ ſe
quat̄ me ſcꝫ paupem. ecce ꝓpoſitum pau
ptatis. Oſ̄ndit etiā exemplo. q̄ꝛ virginita
te floruit. paupꝛtatē elegit. ⁊ patri in oībꝫ
obediuit. Tercio ponit religionis fructū
qui quadruplex eſt. Primus eſt magna
in pſonis dilatatio cū dicit Faciāq̄ꝫ te in
gentē magnā. In religionibꝫ eſt quadru
plex diā perſonaꝝ que ſignificat̄ zach. vj
p quadrigas equoꝝ. Ibi ſunt ꝯtemplati
ui celeſtibꝫ deſiderijs flagrātes. iſti ſunt
equi rubei. Ibi ſunt actiui virtutū varieta
te pollentes. iſti equi varij. Ibi ſunt virgi
nes puritate pollentes. Iſti ſunt equi al
bi. Ibi ſunt ꝯtinentes ſe per opa pn̄ie ma
cerantes. iſti ſunt equi nigri. ¶ Scđs fru
ctus eſt celeſtis gr̄e benedictio cū d̄r. Et
benedicā tibi. Notandū aūt q̄ iacob in
deſerto triplicē benedictiōem obtinuit ab
angelo. Una eſt q̄ꝛ neruus femoris emar
cuit. i. ꝯcupiā debilitata fuit. Scđa q̄ꝛ no
men mutauit. i. iſrl̄ qui interpretatur vir
videns deū. Tercia ꝯ̄ deū fortis fuit. Un̄
dixit ei angelus Cōtͣ deum fortis fuiſti.
Iſta triplex benedictio in deſerto pn̄ie ob
tinetur. ſ. carnis incorruptio. Deu. xxxiij
Benedictõ illius qui apparuit in rubo ve
nit ſup caput ioſeph. Rubꝫ qui nō ꝯbu-
ritur eſt caſtitas q̄ a ꝯcupiā nō ſuperatur.
Celeſtiū ꝯtemplatio Ge. xxvij. In pin
guedine terre ⁊ in rore celi deſuper erit be
nedictio tua. ⁊ deuota orõ que deū vincit
Oſe. xv. Inualuit iacob ad āgelū ⁊ ꝯfor
tatus eſt. fleuit ⁊ rogauit eum. ¶ Tercius
fructus eſt noīs exaltatio cū d̄r. Et mag
nificabo nomen tuū. Nomen ſcī benedic
ti ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ magnificatū eſt. Prīo
q̄ꝛ ſp eſt coram oculis diuine maieſtatis
Pſal. Honorabile nomen eoꝝ corā illo.
Scđo q̄ꝛ in honore habetur ab angelis.
Lu. xv. Gaudium eſt angelis ſup vno pec
catore pn̄iam agente. multo fortius ſup
vno iuſto deo ſeruiente. Tercio q̄ꝛ ſcriptū
eſt Lu. x. Gaudete q̄ꝛ nomina veſtra ſcripta
ſunt in celis. Quarto q̄ꝛ honorat̄ ab om
nibꝫ populis. ab omnibꝫ eccl̄ijs. ⁊ in om
nibꝫ ſeculis. Un̄ cantat eccl̄ia ⁊ etiā ſum-
ptū eſt de eccleſ. xliiij. Sapiam ſanctorū
narrant populi. ⁊ laudē eoꝝ nunciat eccl̄a
noīa aūt eoꝝ viuent in ſeculum ſeculi. ¶
Quartus frcūs eſt eterna remuneratõ cū
dicitur. Erisq̄ꝫ benedictus. Eſt aūt bene-
dictus illa quadruplici benedictõne de q̄
d̄r Ge. xlix. Benedictionibꝫ celi deſuper
abiſſi iacentis deorſum vberū ⁊ vulue. Ha
bent eīn ſancti beatitudinē a ſuperiori re-
ſpiciendo dei faciē glorioſam. iſta eſt bene
dictio celi deſup. hn̄t ab inferiori reſpici
endo iuſtiſſimā dei vindictā. iſta eſt benedi
ctio abiſſi. habent ab interiori ꝯuertendo
ſe ad ſuam ꝯſciam. iſta eſt benedictõ vberꝝ
Conſcia enim eſt mamilla que ceteras v̄
tutes nutrit. hn̄t ab exteriori poſſidentes
ſocietatē fecundā. iſta eſt benedictõ vulue
Deus enim tunc valde fecundus erit q̄ꝛ
magnā filioꝝ multitudinē generabit.

¶ De annunciatõe beate Marie virgi
nis. Sermo primus.

Rorate celi deſu
per ⁊ nubes pluant iuſtū. aperia
tur terra ⁊ germinet ſaluatorē Iſai. xlv.
Pn̄t eſſe hec verba antiquoꝝ ſanctoꝝ pa
trꝝ deſiderantiū xp̄i aduentū. In quibus
verbis tria petunt a ſcā trinitate. Primo
petunt dn̄ice incarnationis miſteriū cum
dicunt. Rorate celi deſup. Ubi duo ſunt
videnda. ſ. quare deus dicat̄ celū. ⁊ qua
re xp̄i incarnatio rori aſſimilet̄. Deus au
tem dicit̄ celum ſcꝫ empireū. q̄ꝛ id celū
eſt luciforme. immobile ⁊ capacitatis im
menſe. Sic deus habet totalem claritatē
j. Io. j. Deus lux eſt ⁊ tenebre nō ſunt in
eo vlle. Habet immobilē ſtabilitatē Iac.

primo. Apud quẽ nõ eſt tranſmutatio ⁊c̃. Habet immenſam capacitatẽ. Sap. vij. Qui capit oẽs ſpũs intelligibiles. Aſſimilat᷑ autem incarnatõ xp̃i rori. q꞉ ſcilicꝫ ros generat᷑ in medio aeris interſtitio. a tpato calido. ⁊ a tpato frigido. Tria nãqꝫ interſticia ſunt. ſ. celũ. mũdus ⁊ infernus. Hic igit᷑ ros. i. xp̃i incarnatio nõ eſt facta in ſupiori interſticio. i. in celo. q꞉ naturam angelicã nõ apprehendit. nec in infimo. i. in inferno q꞉ demones nõ redemit ſed eſt facta in medio. ſ. in ipſo mũdo. q꞉ nature humane ſeruiuit. Gal. iiij. Deus filiũ miſit natum ex muliere. factũ ſub lege. Et iſta roratio facta ẽ ex calido ⁊ frigido. Duo em̃ ſunt que mouerunt dñm vt homo fieret. vnũ ex pte ſui. ſ. magnitudo caritatis que fuit quaſi calor. Roma. v. Cõmendat deus caritatẽ ſuam in nobis ⁊c̃. Aliud ex pte noſtri. ſ. miſeria generalis. Pſal. Propter miſeriã inopũ ⁊ gemitũ pauperꝝ nũc exurgã dicit dñs. In hoc tñ defecit ſimilitudo. q꞉ ibi eſt tpatũ calidũ ⁊ tpatũ frigidũ. Hic autẽ eſt nimius calor amoris. Ephe. ij. Deus qui diues eſt in mĩa ꝓpter nimiã caritatẽ ſuã qua dilexit nos ⁊c̃. Et nimiũ frigus lãguoꝝ. Pſal. Oẽs declinauerũt. Scd̃o ſci p̃res petiũt ab angelis virginee ſalutatõnis ꝓcomiũ. cum dr̃ Et nubes pluãt iuſtũ. Tũc enim nubes iuſtũ pluũt qñ gabriel xp̃m v̾gini nũciauit. Hic aũt duo videnda ſunt ſcilꝫ quare angeli dicunt᷑ nubes. ⁊ quare xp̃i incarnatio pluuie aſſimilat᷑. Dicunt᷑ aũt nubes. q꞉ ſunt thronus dĩ in quibꝫ ſedet ⁊ quieſcit. iuxta illð Ecci. xxiiij. Thron⁹ meus in colũna nubis. Dicit᷑ aũt Apo. iiij. qꝑ de throno ꝓcedebãt fulgura voces ⁊ tonitrua. Nam ſcd̃m dionifiũ triplex ẽ officiũ angeloꝝ. ſ. illuminare. purgare ⁊ pficere. Ab alijs ergo thronis ꝓcedunt fulgura ⁊ choruſcatões qñ illuminãt noſtrã intellectuã. Pſal. Illuxerunt choruſcatões ſue orbi terre. Procedũt tonitrua qñ p cõminatões ⁊ terrores purgant noſtram affectiuã. nam ſicut dicit᷑ Eccleſ. j. Timor dñi expellit pctm̃. Procedũt voces. i. inſpiratões p quas pficiũt noſtrã opatõnẽ. zach. j. Angelus qui loquebat᷑ in me verba bona ⁊ verba conſolatoria. Aſſimilat᷑ autẽ incarnatio xp̃i pluuie. q꞉ pluuia tribꝫ modis generat᷑. ſ. virtute caloris attrahentis. virtute vaporis aſcendentis. ⁊ virtute venti colligẽtis. venti enĩ volãtes ſupra mare multũ humorẽ ſepe colligũt ⁊ ſecum ad aerem attrahentes in pluuiã diſſoluũt. Iſtam aũt pluuiã ſubſtantialem his tribꝫ modis generatã fuiſſe oſtendit gabriel in triplici locutiõe cũ virgine. Primo nãqꝫ oſtendit ipſam eſſe generatã virtute caloris attrahentis. cũ dixit. Aue gratia plena Gratia em̃ dei eſt amor dei. Amor aũt eſt ignis. iuxta illud Luc. xij. Ignem veni mittere in terraꝫ ⁊c̃. Si igit᷑ virgo fuit plena gratia ⁊ amore dei fuit plena igne ⁊ calore. Et v̾tute iſti⁹ caloris diuinũ fontẽ ad ſe attraxit. ⁊ iſtã celeſtẽ generauit. Pſal. Deſcẽdit ſicut pluuia in vellus. Scd̃o oſtendit gabriel iſtã pluuiã generandã virtute vaporis. cum dixit. Ecce ꝯcipies ⁊ pies filiũ ⁊c̃. Fili⁹ aũt dei eſt vapor dĩ. iuxta illud Sap. vij. Vapor ẽ virtutis dei ⁊c̃. Iſte igit᷑ vapor dei infra viſcera virginis ſine ſui inciſiõe ſiue opatõe ſe occultauit. iuxta illð Ecci. xxiiij. Quaſi libanus non inciſus vaporaui habitatiõem meam ⁊c̃. id eſt chriſtũ qui in me p carnẽ aſſumptam habitauit. Et iſte vapor inter viſcera v̾ginis occultatus in pluuiam ſe diffudit qñ munduꝫ famelicum ſaciauit. Pſalm̃. Pluit illis manna ad manducandũ. Tercio oſtẽdit gabriel hanc pluuiam generandã virtute venti colligentis. cum dicit᷑. Spũs ſanctus ſupueniet in te. Spiritus ẽ ventus. iuxta illud Johannis. iij. Spiritus vbi vult ſpirat. Iſte autem ventus flans in maria. id ẽ in corde virginis marie hu/

mores virgineos collegit. ⁊ corpus criſti
formauit qđ ſalutarem pluuiam genera/
uit. qui totum mundū fructificare fecit.
Dicitur aūt iacobi .ij. Non pluit annos
tres ⁊ menſes ſex. Anni tres ſunt tria tp̄a
que preceſſerant. ſcȝ nature. culpe ⁊ legis
ſcripte. ⁊ in hijs pluuia benedictōnis nō
venit. Quarto autem eſt tp̄s gratie. ⁊ in
iſto etiam non venit vſqȝ ad menſes ſex.
In iſto aūt menſe ſexto miſſus eſt ange/
lus gabriel a deo ⁊c̄. Tunc enim pluuia
deſcendit ⁊ ſalutarem fructum ꝓduxit.

Tercio ſancti patres petunt a virgine de/
uotum ꝯſenſum cum dr̄. Aperiat̄ terra.
Ubi duo videnda ſunt. ſ. quare virgo di/
cat̄ terra. ⁊ qualiter ſe aperuit ⁊ ſaluatorē
generauit. Dicit̄ autem terra. q2 ſicut dic̄
Aug9. de trinitate bona terra eſt in altitu
dine montium. tp̄amento collium plani
cie campoꝝ. Sic ⁊ ipſa fuit alta ꝑ celeſti
um ꝯtemplatōem Ecci. xxiiij. Ego in al/
tiſſimis habitaui. Fuit tp̄ata ꝑ diſcretio
nem. cuius diſcretio apparet Luc. ij. Ma
ria autem ꝯſeruabat omnia verba hec Fu
it plana per humilem ꝯuerſatōem. qđ pȝ
quia licet deū ꝯceperit tamen trib9 menſi
bus cum elizabeth humiliter ꝯſeruata fu
it. Uel terra dicit̄. quia terra exterius ve
nuſtat̄ plantis. interius ditatur innume/
ris theſauris. In intimo eſt plena tormē
tis. ⁊ ibi infernus eſſe ꝓhibetur. Sic ⁊ ip
ſa exterius fuit ornata venuſtate morum.
⁊ interius fuit ditata thezauro virtutum.
in intīo cordis vulnerata dolorib9 tormē
toꝝ Juxta illud Lu. ij. Tuam ipſius ani
mam ꝑtranſibit gladius. Et ꝓpter iſta tri
a ipſa dicit Can. j. Nigra ſum ſed formo
ſa. Nigra ſum pre dolore paſſionis. ſȝ for
moſa decore virtutis. ſicut pellis ſalomo
nis. fulgore ſcȝ ꝯuerſationis. Ille eñ pel
les erant vmbratice. Et iſta terra ſe ape/
ruit ⁊ ſaluatorem generauit. Apuit qui/
dem animum ſuum ad ꝯſentiendum quē
ꝯſenſum requirebat ſponſus dicēs Can
ticoꝝ. v. Aperi mihi ſoror mea. Bernarđ.
ſup Cant. Surge. curre. aperi. Surge ꝑ
fidem. curre ꝑ deuotionem. aperi per con
fenſionē. Aperuit enim vteꝝ ſuum ad ꝯci
piendum. Hec eſt enim illa porta de qua
dicitur Ezech. xliiij. que fuit clauſa omī
viro ſed aperta domino. Aperuit os ſuū.
ad benedicendū quando dixit. Magnifi/
cat anima mea dn̄m. ps. Aperi os tuum
⁊ implebo illud. Aperuit ſinuȝ ſuum ad
miſerendū. zacha. xj. Aperi libane portas
tuas. Libanus interpretatur candidatio
Et ſignificat beatam mariā que tota fuit
candida. Et habet tres portas ſcȝ poten/
tie. ſapientie ⁊ mīe. Quidā enim peccāt
ꝑ infirmitatem. iſtis aperit portas poten/
tie dando eis virtutē reſiſtendi. Quidaȝ
ꝑ ignorantiam. illis aperit portas ſapie.
dando eis lumen cognoſcendi. Quidaȝ
ꝑ certam maliciam. ⁊ illis aperit portas
miſericordie dando eis gratiam penitēdi
Aperit manus ſuas ad largiendū. Pro
uerbioꝝ vlti. Manum ſuā aperuit inopi.
id eſt xp̄o pauperi ꝑ ſex opa miſericordie
Unde dicit bernar. Beata virgo dei filiū
in vtero ſuſcepit nudum carne. vel etiam
pannis operuit. eſurientem pauit. ſitien/
tem lacte potauit. infirmum per infantiaȝ
non ſolum viſitauit. ſed etiam omnia hu
mana ſibi exhibuit in carcere poſitum . et
crucis patibulo ligatum viſitauit. Eius
ſepulture interfuit. Aperuit cor ſuum ad
ſubueniendū. quia miſericordia ſua ſub
uenit vniuerſis. ſcȝ bonis. malis. viuis.
⁊ defunctis. Unde cātat eccleſia. Maria
mater gratie mater mīe ⁊c̄. Aperit quidē
bonis impetrando gratiam. Unde dicit̄.
Maria mater gratie. Aperit malis. obti/
nendo remiſſionē ⁊ miſericordiā Unde di
citur. mater mīe. Apit viuis eos a demo
num inſidijs ꝓtegendo. Unde dicit̄. Tu
nos ab hoſte ꝓtege. Aperit mortuis eos
ad gloriam deducendo. Unde dicit̄. In
hora mortis ſuſcipe ⁊c̄.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De eodem feſto. Sermo. ij.

Viſitaſti terram ⁊ inebriaſti eam
⁊c̄. multiplicaſti locupletare eā.
Pſal. Genus hūanū p̄ xp̄i re-
demptionē redemptū. recolens xp̄i redē
ptionē ſeu redēptionis ſue beneficiū deo
regratiat̄. Et dicit. viſitaſti terrā ⁊c̄. In
quib9 verbis ponūt̄ quatuor pſone que
ad xp̄i incarnatōnē coopant̄. Primo po
nit̄ pſona angeli qui ipſam ſalutando vi
ſitauit. cum dicit̄ Viſitaſti ſc3 p angelū.
Et iſte coopatus eſt ad xp̄i incarnatōnē.
p modū ſalutandi. nūciādi. cōmendandi
⁊ inducendi. Iſtud ē quadruplex officiū
paranimphi. ſ. ſponſam ex pte ſponſi ſa-
lutare. voluntatē ſponſi ſibi apire. Spō-
ſum multipliciter ꝯmēdare. ⁊ ipſam ſpon
ſam ad ꝯſentiendū inducere. Ipſe igitur
primo virginē ſalutauit. cum dixit. Aue
maria gratia plena. voluntatē ſponſi ſibi
inſinuauit. cum ait. Ecce ꝯcipies ⁊c̄. Ip
ſum ſponſum multipliciter cōmendauit.
cum ait. Hic erit magnus ⁊c̄. Ipſam ad
ꝯſentiendū induxit. cum ait. Spūſſcūs
ſupueniet in te. ac ſi dicat. non timeas cō
ſentire. q2 non ꝯcipies hūano ſemine ſed
miſtico ſpiramine. Scdo ponit̄ perſona
virginis que ſaluatorē generauit. cū dr̄.
terrā. que quidem opata eſt ad xp̄i incar
nationē p modū ꝯſentiendi. ſubminiſtrā
di. cōfouendi ⁊ educandi. Ipſa quidem
matrimonio ſpūali ꝯſenſit. cū dixit Ecce
ancilla dn̄i. Et ideo fuit legitima mater.
q2 in quolibet matrimonio ꝯſenſus requi
rit̄. vt. ſ. aliqua mulier habeat̄ Conſenſit
aūt aīo. cū dixit. Magnificat aīa mea dn̄.
Conſenſit ſigno. cum dixit. Et exultauit
ſpūs meus ⁊c̄. Gaudiū quidē qd̄ erat in
corde exultauit. i. extra ſaltauit. exterius ī
facie. Conſenſit verbo. cū ſubdit̄. Quia
reſpexit hūilitatē ancille ſue. Et qn̄ dixit.
Ecce ancilla dn̄i. Scdo materiā ꝯueniē
tem ſubminiſtrauit. Ipſa eñi materiā cō
uenientē ad pductōnē plis miniſtrauit.
Ideo fuit tota mater. iō dr̄ Iher. xxxi.
Nouū faciet dn̄s ſup terram. mulier eñi
circūdabit viꝝ. Homo circūdat quod eſt
ſuū ꝓpriū. nō qd̄ eſt alienū. virgo eī pueꝝ
ſola circūdedit. q2 xp̄i caro tota ſua ꝓpria
fuit. Omnis eñi figura pficit̄ ex plurib9
lineis. q2 corpus aliorū pueroꝝ format̄
ex cōmixtiōe vtriuſq3 pentis. In virgīe
autē fuit circūdatio. q2 circularis forma
tm̄ vna linea claudit̄. q2 corpus xp̄i for-
matum eſt ex ſola carne virginis incorru
pta. Illud etiam qd̄ ē circūdatū ex omni
pte eſt clauſum. Sola igit̄ virgo circūde
dit. q2 in ꝯceptōne ⁊ partu virgo pman-
ſit. Tercio in vtero nouem menſib9 ⁊ de-
cimū attingens ipſum fouit. ⁊ ideo fuit
virgo ⁊ vera mater. Locus eñi ꝯueniēs
⁊ diſpoſitus matricis opat̄ ad bonitatē
plis quaſi prebens fomentum eidē. Hā
igit̄ virgo maria locū ꝯuenientē ⁊ nutri-
mentum ꝯueniēs ꝯceptōni fetus p̄buit.
Et iō vera mater fuit iō xp̄s dixit. Sap.
vij. Decē mēſib9 coagulatus ſum in ſan
guine. Quarto ipſum ſollicite educauit.
⁊ fuit cuſtodioſa mater. nā ipſum pānis
inuoluit in preſepio reclinauit ⁊ faſcia cō
ſtrinxit ⁊ lacte pauit Eſt autē lac ſanguis
ſcdo in opibus coctus de mamillis tra-
hens albedinē ⁊ ſaporoſitatē. Sanguis
virginis bis igne ſpirituſſcī fuit excoct9.
ſc3 qn̄ ipſam in vtero ſcificauit. ⁊ qn̄ ī eā
ſupuenit. ⁊ ſic lac eius habuit albedinē
q2 fuit virgineum. ſaporoſitatem. q2 fuit
a ſpiritu ſctō deputatum. ⁊ vbertatem. q2
fuit de celo miniſtratum. iuxta illud. So
la vgo lactabat vbere de celo pleno. Ter
cio ponit̄ pſona ſpirituſſcī qui ipſam ine
briauit cum dicit̄. inebriaſti eā. Qui qui
dem ſpirituſſanctus ſm̄ Io. da. opatus
eſt ad xp̄i incarnatōnem dando ſc3 matri
ſcificatōis grām ſemini diuinitatis poten-
tiam receptiuā. ⁊ virgini potentiā genera
tiuā. Tria nāq3 erant olim impoſſibilia.
vnum q aliqua mater ſine pctō ꝯciperet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jdeo ſpũſſanctus eam in vtero ſanctifi/
cans ꝛ in eã poſtmodũ veniens ſibi dedit
ſcificatõis grãm vt ſine pctõ ꝯciperet ꝛ pa/
reret Pſal. Scificauit tabernaculũ ſuum
altiſſimus. Scdm impoſſibile erat vt fe
na intra ſuũ corpus deũ reciperet. Jdeo et
ſpũſſcũs ſibi dedit verbi diuinitatis poten/
tiã receptiuã Apo. xij. Signũ magnũ ap
paruit in celo mlr amicta ſole. Tunc ei ſo
le amicta fuit qñ deũ in vtero ſuo ꝯcepit.
Tercium impoſſibile erat vt vgo genera
ret. Jõ ſpũſſanctus ei dedit virtutẽ gene
ratiuã. qꝛ vgo ꝯcepit. vgo peperit. iõ aſſila
tur api Eccl. x. Breuis in volatilibꝫ eſt a
pis. iniciũ dulcoris hꝫ fructus illius Jp
ſa eñ fuit apis. qꝛ virginitate ornata. qꝛ
ſm ambro. Oẽs apes vgines ſunt. Fuit
breuis. qꝛ humilitate predita. fuit volati/
lis. qꝛ in celeſtibꝫ eleuata. fecit fructũ dul
coris qꝛ celeſti ꝓle fecundata. ¶ Quarto
ponit pſona filij qui ipſam multiplicit
locupletauit dũ ex ea carnẽ aſſumpſit qd
notat cũ dr. multiplicaſti locupletare eã
Aſſumpſit aũt ipſam carnẽ ſine diuinita
tis pollutõe. ſine diuinitatis mutatõe cum
vginitatis ꝯſeruatõe. ꝛ ꝓ nr̃a ſaluatõne.
Jſta q̃tuor tangit eccĩa. d. Magnũ here/
ditatis miſteriũ templũ dei factus eſt vte
rus neſciens viꝝ. ecce qꝛ recepit carnẽ cũ
virginitatis ꝯſeruatõe. nõ eſt pollutus ex
ea carnẽ aſſumens. ecce qꝛ recepit ſine di
uinitatis pollutõe. Mirabile miſteriũ de
clarat hodie. innouant nature. ecce qꝛ re/
cepit cum nr̃a ſaluatõe. deus hõ factus ẽ
id qd fuit ꝑmanſit. ꝛ qd nõ erat aſſump/
ſit. ecce qꝛ recepit ſine ſue diuinitatis muta
tõe. Aſſumpſit igit primo cum mris ꝯſer
uatõe. qꝛ ipſam illibatã ſeruauit. Hꝰ exẽ
plũ ponit ber. ſic. d. Sicut ſine corruptõe
ſui ſidus emittit radiũ. ſic abſqꝫ ſua leſi/
one vgo ꝓtulit filiũ. nec ſideris radiꝰ ſui
minuit claritatẽ. nec vginis filius integri
tatẽ. Hꝰ exemplũ ponit augꝰ. in li. de fi/
de ad petꝝ. d. Predicauit iſtũ viſibilẽ ſo
lem radios ſuos ꝑ omẽs feces ſpgere ꝛ
eos mundos ꝛ ſinceros ſeruare. Si q̃ viſi
bilia munda viſibilibꝫ immundis ꝯiungi
pñt ꝛ nõ coinqnari. q̃to magis inuiſibil
veritas totũ hoĩem ſine ſui ꝯtaminatõne
aſſumpſit etiã cũ nr̃a ſaluatõe. Nã ſic dr
dam̃. Totũ me totus aſſumpſit. vt mihi
toti ſalutẽ gratificet. vere totũ. ſic habet
in. iij. ſñiaꝝ. Cum q̃druplex ſit ſtatꝰ hoĩs
ſcꝫ ante pctm̃. ſub pctõ. ſub grã. ꝛ in glĩa.
xp̃s de primo aſſumpſit pctĩ immunitatẽ
de ſcdo penalitatẽ. de tercio grẽ plenitudi
nem. de q̃rto nõ poſſe peccare. Aſſumpſit
ſine ſue diuinitatis mutatõe. Hꝰ exemplũ
ponit augꝰ. d. Non oꝫ verbũ eſſe mutatũ
ſuſceptõe hoĩs. ſic nec mẽbra veſte induta
mutant. q̃uis illa ſuſceptio ineffabiliter
ſuſceptũ ſuſcipienti copulauerit.

¶ De eodem Sermo. iij.

Egrediet virga de radice yeſſe. ꝛ
flos de ra. eius aſcẽ. ꝛ requi. ſuꝑ
eum ſpũs dñi ꝛc̃. Jſa. xj. Olim
terra nr̃e nature maledcã erat. qꝛ tunc ſpi
nas ꝛ tribulos germinabat. Nunc aũt eſt
benedicta. qꝛ benedictã virgã ꝓtulit ꝛ bene
dictũ florem ꝓduxit ꝛ iõ de hoc ꝓpheꝛizãs
Jſa. dicit. Egrediet virga de radice yeſſe
¶ Jn quibꝫ vbis ꝓpheta tria ſcribit Pri
mo virgã egredientẽ. i. de virgine naſcen/
tem cũ dr Egrediet virga de ra. ꝛc̃. Di/
cit autẽ virgo vga triplici de cã. Primo
qꝛ fuit gracilis ꝑ humilitatem. Et q̃uis
gracilis fuit tñ plus qꝫ ſeptingentis ãnis
pꝰ yſa. fuit. ꝛ q̃uis fuit gracilis tñ maxi
mũ fructũ portauit quẽ celũ ꝛ terra cape
nõ pñt. qui ſufficit ad mũdi redemptõꝫ ꝛ
ad plenã angeloꝝ ꝛ hoĩm reformatõeꝫ. li/
cet fuit gracilis tñ totũ mundũ ſuo robo
re ſuſtentauit. Nã in paſſione xp̃i colũne
mundi. i. apoſtoli fuerunt ꝯcuſſe Jpſa au
tem tanqꝫ columna immobilis ſtetit ꝛ to
tus mundus ſuꝑ eam innixus fuit. Se/
cundo dr virga. qꝛ fuit flexibilis ꝑ pietatẽ
Cantic. iij. Que eſt iſta que aſcendit per

deſertum ſicut virgula fumi ꝛc. Ipſa em̄ fuit virgula. q2 flexibilis p̱ pietatem. Et fumi. q2 ꝯcremata p̱ caritatē Ex aromatibus mirre. q2 fugat diabolicā tēptatōꝫ Et thuris. q2 reſtringit fluidas cogitatōnes. pulueris pigmentarij. q2 delectat et ꝯfortat omēs virtutes. ¶ Tercio dicit̃ eſſe virga. q2 eſt vtilis p̱ officioꝝ multiplicationē Uſus em̄ virge aliqñ ē ad dominij oſtenſionē. aliqñ ad defenſionem ſiue ad p̱cuſſionē. aliqñ ad regimē ſiue directōēꝫ aliqñ ad ſuſtentatōnē. Ad iſtud quadruplex [illegible]ficiū ſiue vſum data eſt nobis virgo mat[er]. Uñ ipſa dicit. Eccī. xxiiij. Ego mater pulcre dilectōnis ꝛc. Data quidē eſt n[obi]s tanq̃ꝫ mater ad dñandū. Unde dic[itur] Ego mater. Pſal. Uirgā virtutis ſue emittet dñs ex ſyon. dñare in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Data eſt nobis ad defendendū ꝛ p̱cutiendū ſcꝫ demones quibus ipſa eſt valde terribilis. iō dicit mater timoris Nūeri. xxiiij. Conſurget virga de iſrahel ꝛ percutiet duces moab. Data eſt nobis ad directōnē. iō dicit̃ mater agnitionis Mich. v. Paſce p̄plm tuū in virga tua. Et poteſt eſſe verbū patris ad filium ac ſi dicat. ſicut paſtoꝛ dirigit gregē ſuuꝫ p̱ virgā ſuā. ſic ꝛ tu paſce ꝛ dirige populū tuū p̱ matrē tuā. data eſt nobis ad ſuſtētationē. iō dr̄. Sancte ſpei. Pſal. Uirga tua ꝛ baculꝰ ꝛc. Ipſa em̄ eſt virga inq̃ꝫtū demones p̱cutit. ꝛ baculus. inq̃ꝫtū debiles ſuſtentat ꝛ regit. ¶ Scd̄o ꝯplexa deſcribit florem aſcendētē. cū dicit. Et flos de radice eius aſcēdet. Et cuꝫ deberet dici ꝯuenientius vt videt̃ aſcendet. de virga dixit. aſcendet de radice. vt oſtendat hoc factū eſſe p̱ dei infinitā claritateꝫ. q2 yeſſe incendiū interpretat̃. vt oſtēdat in criſto nature hūane veritatē. q2 inde ſumpta eſt caro floris. vñ traxit originē caro radicis Dicit̃ aūt xp̄s flos ꝓpter tres rationes. Primo ꝓpter generationē. flos nãqꝫ generatur a calore ſolis ꝛ infuſione roris ꝛ ſine apertione arboris. Sic ad ꝯceptionē xp̄i calor ſpūſſcī ſe infudit ꝛ ipſam incarnatōnē fecit Ros diuine gratie ſup̱uenit q̃ virgini obūbrauit. nullā cōrptionē ꝑtulit ſed virgo ꝯcepit. ¶ Scd̄o ſignificat̃ xp̄s p̱ florem q̃ꝫtū ad adoratōnē. Pꝫ em̄ odorē patrē afficientē. ꝛ q̃ꝫtū ad hoc eſt ſimilis odori ſacrificij. Gen. viij. Odoratus eſt dñs odorem ſuauitatis ꝛc. odorē demones expellentē. Et q̃ꝫtū ad hoc eſt ſimilis odori mirre que expellit vermes. Ecci. xxiiij. Quaſi mirra electa dedi ſuauitatem odoris. odoreꝫ hoīem a putredine peccati ꝯſeruantē. ꝛ q̃ꝫtū ad hoc eſt ſimilis odori balſami. Ibidē. Quaſi balſamū nō mixtum odoꝛ meus. odorem nūqꝫ deficientē Flos quidē auulſus. attritus areſactus odorem ſuū nō p̱dit Sic ꝛ xp̄s fuit auulſus in morte. Iſa. liij. Quaſi eī abſciſus eſt de terra viuentium. areſactus in cruce Pſal. Aruit tanqꝫ teſta virtus mea. Attritus in flagellatōe. Iſa. liij. Attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Et odorē ſuū nō p̱didit ſed ſp̱ ſeruauit. Ambro. Flos odorē ꝛ ſucciſus ſeruat ꝛ cōtractus accumulat nec auulſus amittit. Ita dñs in patibulo crucis. nec ꝯtritus emarcuit. nec auulſus euanuit. ꝛ lancea pūctionis ſucciſus ſole ſpecioſioꝛ fuſi cruoris colore vernauit ¶ Tercio aſſilat̃ xp̄s flori q̃ꝫtū ad floꝝ varietatē. nã aſſilat̃ viole ꝓpter hūilitatem. Cañ. j. Ego flos campi. Uiola nãqꝫ dr̄ flos cāpi. q2 inter floreſ cāpi obtinet principatū. vel ī ꝑtibꝫ vltramarinis dr̄ naſci quidā flos qui flos cāpi dicit̃. qui habet ſtipitem aſpeꝝ ꝛ quinqꝫ folia rubea. ꝛ ſignificat xp̄m qui ꝑtulit aſperitatem crucis ꝛ quinqꝫ vulnera paſſionis. Aſſimilatur roſe ꝓpter nimiam caritatem p̱ quam p̱ nobis ſe ſanguine rubricauit Eccleſiaſ. j. Quaſi flos roſarū in diebus verni. Aſſimilatur lilio ꝓpter puritatem. Cantic. j. Quaſi lilium cōuallium. ¶ Tercio ꝯplexa ponit ſpiritum requieſcentem. cum dicit̃



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Requieſcet ſup̄ eum ſpūs dn̄i. In alijs
hoībus ſpūs nō requieſcit. q: hʒ ibi aliqđ
aut p̄ modū ꝯtriſtantis ſicut pctm̄ morta
le ꝯmiſſionis. Ephe. iiij. Nolite ꝯtriſtare
ſpūm ſanctū dei. Aut p̄ modū extinguen
tis. ſicut pctm̄ mortale omiſſiōis. j. Theſ
ſa. v. Spm̄ nolite extinguere. Aut p̄ mo
dum aduerſantis. ſicut eſt veniale ⁊ ſenſu
alitatis. Gala. v. Caro ꝯcupiſcit aduer-
ſus ſpūm ꝛc. Aut p̄ modū moleſtantis.
vt tumultus ſollicitudinū. ꝯtrietates deſi
derioꝝ. ꝑturbatio paſſionū. In xp̄o autē
ſpūſſanctus requieuit ꝑfecte. q: nihil fuit
in eo qđ ſpūm ſanctū ꝯtriſtaret vt ē pctm̄
ꝯmiſſionis. j. Pe. ij. Pctm̄ non fecit ꝛc.
Nihil qđ extingueret vt eſt pctm̄ omiſſio
nis. Iſa. v. Quid eſt qđ debui facere vine
e mee ⁊ nō feci. Nihil qđ aduerſaret. q:
ſenſualitas rōi in oībus obediuit. Nihil
qđ moleſtaret. q: nullus tumulus ſollici
tudinū. nulla ꝯtrietas deſiderioꝝ. nulla ꝑ
turbatio paſſionū in eo fuit. In hac ei ar
cha oīa erant pacifica. Hinc eſt ꝙ coru9
requieuit in cadauere. q: dyabolus requi
eſcit in pctōre. Job. xl. Sub vmbra dor-
mit ꝛc. Colūba requieuit in viridi arbore
q: ſpūſſanctus requieſcit in ſanctoꝝ men
te qui ſunt virides corā deo. Ihere. xvij.
Erit foliū eius viride. tn̄ in hac vita nō re
quieſcit ꝑfecte. ideo colūba de viridi arbo
re ad archā rediḭt. Archa vero requieuit ī
monte. q: xp̄s qui eſt archa ſctificationis
requieuit in ſpūſſancti altitudine ⁊ pleni
tudine. Unde ⁊ in euāgelio nazareoꝝ ſic
ſcriptū eſt. Factū eſt cū aſcendiſſet dn̄s
de aqua deſcendit fons oīs ſpūs ⁊ requi
euit ſuper eū ⁊ dixit ei. Expectabā te in oī
bus ꝓphetis vt venires ⁊ requieſcerē in te
Tu es eīn requies mea.

¶ De eodem die. Sermō. iiij.

Miſſus eſt angelus gabriel a deo
in ciuitatē galilee ꝛc. Lu. j. Oli
miſſus fuit dyabolus ad euā in
ferens prauā ſuggeſtionē. mendacē aſſer
tionem. ⁊ fallacem ꝓmiſſionem. Sed ho
die mittit angelus ad virginē offerens re
uerendā ſalutatōem cū dixit Aue grā ple
na. veram aſſertōnem cū dixit. Inueniſti
grām apud dn̄m. vtilem ꝓmiſſionē cum
dixit. Ecce ꝯcipies. Quāuis aūt olim de
us miſerit multas legatōnes ⁊ ambacia
tas ꝑ angelos ſuos ⁊ ꝓphetas ſuos Iſta
tn̄ fuit maior ⁊ dignior ꝗ̄ vnꝗ̄ miſit. qđ
patet ex quatuor. Magnus eīn eſt ille ꝗ
miſit. ⁊ magnus nuncius quē miſit. ma
gna ꝑſona ad quam miſit. magna cā ꝓ-
ter quam miſit. ¶ Primo igit̄ magnus eſt
ille qui miſit. quod notat cum dicitur. a
deo. i. a tota trinitate Nā pater ibi poſuit
ſuam potentiā. filius ſuā ſapiam. ſpūs
ſanctus ſuam grām Tria eīn olim erant
impoſſibilia. Unū ꝙ aliqua fēia intra ſu
um vteꝝ deum ꝯciperet. Ideo pater poſuit
ibi ſuā potentiā. q: potentiā receptiuā di
uinitatis pt̄ beate virgini marie dedit vt
intra ſuū vteꝝ poſſit ꝯcipere deū. Unde an
gelus Lu. j. Hunc ꝯceptū ꝑ dei potentiā
ꝓbauit. Nō erit inquiens impoſſibile a-
pud deū oē verbū. Apo. xij. Signū mag
num apparuit in celo. i. in eccleſia militan
te. mulier amicta ſole. i. fulgida diuinitate.
¶ Secundū impoſſibile erat ꝙ virgo exiſ
virgo ꝯciperet. ideo filius poſuit ibi ſuā ſa
pientiā. q: ſaluo ſigillo virginitatis ſapi
enter ſciuit intrare ⁊ ſapienter exire. Hec
enim eſt illa porta de qua dicitur Ezechi.
xliiij. ꝙ oī homini eſt clauſa niſi ſoli prin
cipi qui intrat ⁊ exit per eam ¶ Tercium
impoſſibile erat ꝙ aliqua mater ſine pec-
cato filium generaret. Ideo ſpūſſanctus
poſuit ibi ſuam grām qui ipſam virginē
in vtero matris ſanctificauit. ⁊ poſtmodū
in ꝯceptu in eam ſuꝑuenit ⁊ eam purga-
uit atqꝫ mundauit. ita ꝙ ſine peccato ꝯce
pit. Ideo dicitur. Quod enim naſcetur
ex te ſanctum vocabitur ꝛc. ¶ Secundo
ipſa legatio fuit magna. quia. ſ. magnus
nuncius quē miſit. qđ notatur cū dicitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Miſſus eſt angelus gabriel. Eius autē
magnitudo apparet ex tribꝰ magnis offi
cijs que in curia dei habet Unū eſt aſſiſtē
tia apud deum Lu.j. Ego enī ſum gabri
el angelus qui aſſiſto ſemꝑ ante deū Se
cundū ē victoria preliorꝫ. vn̄ dicit Glo.
ſupꝛ Dan̄.viij. Gabriel prelijs ꝓpoſitus
eſt.iō gabriel fortitudo dei interpretatur.
Terciū eſt reuelatio ſecretorꝫ. Dan̄.viij.
Gabriel fac intelligere iſtaꝫ viſionē.ecce
q̄ꝫ magna officia. Magnū enī eſt ſecreta
reuelare.maius victoriā ī p̄lijs tribuere.
maximuꝫ ante deum ſꝑ aſſiſtere. Et ſicut
videmus ꝙ papa habet tres differētias
nunciorꝫ ſiue legatorꝫ. quorꝫ quoſdā mit
tit ad negocia magna.⁊ iſti dicunt̄ nūcij
Quoſdam ad negocia maiora.iſti dicūt̄
legati non ex latere.Quoſdā ad negocia
maxima.⁊ iſti dicūt̄ legati ex latere. Sic
deus quoſdam mittit ad negocia magna
vt angelos.quoſdaꝫ ad negocia maiora
vt archāgelos.quoſdam ad negocia ma
xima vt.ſ.illos d̄ ſuprema ierarchia qui
ſemꝑ deo aſſiſtunt. Et iō de illis legatis
de latere qui ſunt iſtius ſup̄me ierarchie.
quidam angeluꝫ gabriel affirmant fuiſſe
vnde dicit Greg. Ad mariam ſummus
angelus mitti debuit qui ſummū omniū
¶ nūciauit. Tercio hec legatio fuit magna.
qꝛ magna ꝑſona fuit ad quā fuit miſſus.
qd̉ notat̄ cum dicit̄. Ad virginē deſpon
ſatam viro ioſeph. De qua duo dicūtur
ſcꝫ ꝙ fuit ⁊ virgo ⁊ deſponſata. Ideo vi
dendum eſt quare xp̄s naſci voluit de vir
gine.⁊ quare de deſponſata. De virgine
quidem dn̄s naſci voluit ſcd̄m Anſelmū
vt oꝑa ſua ꝑficeret ⁊ cōpleret. Quatuor
autem modis deus hominē facere poteſt
ſ.ſine hoīe ⁊ feīa.ſicut fecit adaꝫ. De hoīe
ſine femina.ſicut fecit primā matrē euaꝫ.
De homine ⁊ de femina. ſicut fecit nos.
Et ideo vt oꝑa dī eſſent ꝑfecta. Quartū
modum faciendi hominē addidit ⁊ filiuꝫ
ſuum de femina ſine homine naſci voluit.

vt habet̄ Deuter.xxxij. Dei ꝑfecta ſunt
oꝑa. De deſponſata naſci voluit dominꝰ
ihesus xp̄s.vt in quolibet ſtatu ſaluteꝫ eē
oſtenderet.ſ. in ſtatu virginali matrimo-
niali ⁊ viduali.ideo ipſa beata maria fuit
virgo incorrupta ⁊ deſpōſata. ⁊ poſt mor
tem ioſeph vidua derelicta. ¶ Quarto iſta
legatio fuit magna.qꝛ magna cā propter
quam miſit. Cōmiſit enī ipſe deus āgelo
quatuor legatōnes. Prima vt ipſam bea
tam virginem ſalutaret.qd̉ fecit qn̄ dixit
Aue gratia plena Bern̄. Inducit nos ad
ſalutatōnem marie Gabrielis exemplū.
Iohānis tripudiū.⁊ reſalutatōnis luce
¶ Scd̄a legatō quam ꝯmiſit deus angelo
eſt.vt ſalutatā ꝯfortaret. Cum enī virgo
ſalutatōnem audiuiſſet turbata eſt in ſer-
mone āgeli. Beata ergo virgo maria tur
bata fuit non turbatione impatientie ſed
verecundie.pauoris ⁊ admiratōnis. An
gelus autem in ſpecie iuuenis ſpecioſi ad
eam intrauit in cubile. ideo fuit multum
turbata ⁊ pauefacta. Unde cantatur. Et
expaueſcens virgo de lumine. Nouam ⁊
inſolitam ſalutationem angelus btē vir
gini fecerat. ideo fuit ſecundo turbata.i.
admirata.ideo angelus beatam virgineꝫ
ſic verecundatam ſic pauefactam.ſic ad-
miratam confortauit dicens. Ne timeas
maria. Propriū enim boni angeli eſt ter
rere in principio.confortare in medio.⁊ le
tificare in fine. Mali autem angeli qui ſe
tranſformant in angelos lucis.in princi-
pio quidem terrent multum. ⁊ in medio
magis. ⁊ in fine maxime terrent. ¶ Tercia
legatio que commiſſa fuit angelo ex ꝑte
dei ad beatam virginem eſt vt conforta-
tam magnum filium generaturam nun-
ciaret.cum dixit. Ecce cōcipies ⁊ paries
filium ⁊ vocabis ⁊c.hic erit magnus ⁊c.
Ubi oſtendit ipſum eſſe magnum ex ori-
gine.cum dixit. Filius altiſſimi vocabit̄.
Ex potenti dominatōne.cum ait. Dabit
illi dominꝰ deus ſedem dauid patris eiꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et nobili ſubditoꝝ poſſeſſione cuȝ dicit.
Et regnabit in domo iacob in eternū. Nō
dixit in domo eſau. q2 nō regnat in malis
ſed in bonis. ⁊ ex eterna duratōe cū dixit
Et regni eius nō erit finis. ¶ Quarto. q2
ipſam generantē virginitatē ſeruaturā ꝓ
mitteret. Queſiuit eñ maria. d. Quō fi-
et iſtud qm̄ viꝝ non cognoſco. acſi dicat.
Cū tres ſint modi generādi filiū. ſ. ſpūali
ter. naturalr̄. ⁊ ſuperſbāliter. ſi intelligas
ꝙ generabo ipm̄ ſpūaliter. magnū quidē
erit. ſed tñ ad me nihil ptinebit. Si autē
intelligas ꝙ naturalr̄. ſcȝ ꝙ voluntas dei
ſit. vt de ſponſo meo ioſeph naturali mō
generem. maius quidē erit. Gaudebo eñ
de tā nobili ꝓle. ſed non gaudebo de pdi
ta virginitate. Si autē intelligas ꝙ ſup
ſubſtantialr̄ ⁊ miraculoſe. hoc quidē maxi
mū erit. gaudebo eñ de tā nobili ꝓle ⁊ cō
ſeruato pudore. ⁊ tunc angelus ei expoſu
it ꝙ tercio mō ꝯcipet. ſ. ſupſubſtātialiter
d. Spūſſanctus ſupueniet in te ⁊ virtus
altiſſimi obūbrabit tibi. Et ꝯueniēter di
cit obūbrabit tibi. Deus eñ lux eſt inac-
ceſſibilis. j. Thi. vj. Lucē ībitat inaceſſi
bilem. Eſt ignis inextinguibilis Hebre.
xij. Deus nr̄ ignis ꝯſumens. Eſt ⁊ dulce
do ineffabilis Ecci. xxiiij. Spūs meus ſu
per mel dulcis. Virgo igitur hñdo deum
in ſuo vtero habuit lucem inaceſſibilē. ig
nem inextinguibilē ⁊ dulcedinem ineffa
bilem Sed ſi oculus ad viſum ſolis re-
uerberat̄. ſi caro modico carbonis tactu
non patit̄. ſi ex immenſitate gaudij quis
morit̄. quō virgo beata q̄ pura creatura e
rat potuit reſpicere in lucem tam infinite
claritatis. pati tm̄ caminū diuinitatis. ſu
ſtinere dulcedinē tam infinite iocundita-
tis. Proculdubio non potuiſſet niſi vir-
tus altiſſimi obūbraſſet. Lux eñ inaceſſi
bilis ſe ſibi obūbrauit. qñ teſte. i. terrene
carni ſeviuit. ⁊ ſic lucē in teſta tanꝗ in
lucerna videre potuit. Ignis quidē inex-
tinguibilis ⁊ diuinus ſe ſibi obūbrauit. q2
inter ſe ⁊ aīam virginis corpus aſſump-
tum mediū poſuit. ⁊ ſic calorem ſuſtinere
potuit. Dulcedo ineffabilis ſe ſibi obum
brauit. q2 tantā dulcedinē carne velauit.
ſicut hō hñs in ore aliquid dulciſſimū. tā
tam dulcedinē tp̄at. q2 aliquo extrinſeco
ipſam velat. Bene ḡ dicitur. Virtus altiſ
ſimi obūbrabit tibi dū ⁊ lux teſte ſe vniuit
⁊ ignis mediū interpoſuit. ⁊ dulcedo in-
effabilis ſe velauit. Tunc maria ſic ſaluta
ta. ſic ꝯfortata. ſic de magnifica ꝓle letifi-
cata. ſic de pudore certificata ait Ecce an
cilla domini fiat mihi ſm̄ verbū tuuȝ. Nō
eſt credendū ꝙ iſta ſic leuiter ꝓtulerit ſed
ꝙ ipſa in terra genua flexit terrā oſcula-
ta eſt. oculos ad celū leuauit. man⁹ ⁊ bra
chia in celū extendit. ⁊ ſic cuȝ magno gau
dio dixit. Ecce ancilla dñi ⁊c̄.

¶ De eodem Sermo. v.

Aue gr̄a plena ⁊c̄. Nullus ſuffici
enter laudare ⁊ ſalutare p̄t illaȝ
quaȝ ſalutauit angelus. d. Aue
gr̄a plena. quā ſcificauit pater altiſſimus
Pſal. Scificauit tabernaculū ſuū altiſſi
mus. quā reueret̄ dei filius Luc. ij. Erat
ſubditus illis. cui ſe ꝯmiſit ſpūſſcūs Lu.
j. Spūſſanctus ſupueniet in te. quā totus
beatificat ⁊ admirat̄ mundus. Ibidē. Ec
ce eñ ex hoc beatā me dicent ⁊c̄. Quāuis
aūt digni non ſumus tñ eā ſalutare debe
mus ⁊ ꝓpter debitū ⁊ ꝓpter exemplū. ⁊ ꝓ-
pter fructū. Debitum quidē eſt q2 ſalutatō
debet̄ amicis. beneficis ⁊ dñis. Et ipſa eſt
amica nr̄a Canti. ij. Surge ꝓpera amica
mea. Ecci. xxiiij. Ego mater pulcre dilec
tionis. i. que pulcre diligo ⁊ pulcre ama
ri volo. Eſt ⁊ benefica noſtra. Sap. vij.
Venerunt mihi oīa bona pariter cū illa.
Et dña noſtra. Ecci. xxiiij. In omni po-
pulo ⁊ in oī gente primatum tenui ⁊c̄. Ip
ſa eñ dñatur in celo. iō dicit. In oī pplo.
ſcȝ angeloꝝ. In mundo. iō ſubdit. ⁊ in oī
gente primatuȝ tenui. In inferno. iō ſub
dit. Qūn excellentium ⁊ ſublimiuȝ colla

¶ ꝓpria virtute calcaui. Quia ergo ē amica
noſtra debemus eam ſalutare deuote. Et
ille deuote ſalutat qui ſalutat eā cū ſince-
ra intentõne. cum cordis attentõne. ⁊ cū
fidei deuotõne. Quia igit̄ benifica noſtra
eſt ꝺꝫ ſalutari frequēter. Iſaye. xxiij. Su
me cytharam. i. ſalutatõnem angelicam ⁊
circui ciuitatem. i. beatam virginē in qua
eſt vnitas ciuiū. i. cogitatõnū in ipm̄ deū
vnitaꝝ. Deinde ſubdit. Bene cane. fre-
quenta canticū vt memoria tui ſit. Quia
eſt dn̄a noſtra debet ſalutari hūiliter. ſ. cū
genuflectõe. Non eſt magnū ſi homo ad
ſalutatõnē illam genua ponat in terrā. ad
cuius ꝓlatõnē rex regū deſcendit in terrā
Nō eſt miꝝ neqꝫ magnū ſi ſe hūiliat ver-
miculus cum ad illā ſalutatõeꝫ altiſſim⁹
fact⁹ eſt ꝑuus. nō eſt magnū ſi hō genua
in terrā figat qn̄ reginā celi ⁊ terre ſalutat
¶ Scḋo debemus eā ſalutare ꝓpter exēplū
Habemus eñ exemplū ab angelo qui eā
ſalutauit in thalamo. A iohāne qui eam
ſalutauit in vtero. A filio qui eam ſaluta
uit in celo. iij. Re. i. Surrexit rex ī occur-
ſum matris. adorauitqꝫ eam. i. ſalutauit.
Idō debemus erubeſcere eam. ſ. nō ſalutare
poſtqꝫ tales eam ſalutāt. Eccle. xli. Eru-
beſce a ſalutantibꝫ de ſilentio. ¶ Tercio de-
bemus eam ſalutare ꝓpter fructum. Ipſa
eñ ſalutantē reſalutat Eccle. xxiiij. Ob-
uiabit illi quaſi mater honorificata. obui
amus enim ſibi orõibꝫ deuotis. obuiat
ipſa nobis auxilijs oportunis. dando ſcꝫ
nobis paneꝫ gratie. Vn̄ ſubdit̄. Cibauit
illum pane vite ⁊ intellectus. virtutē ꝑ-
ſeuerantie. vn̄ ſubdit̄. Et firmabitur in
illo ⁊ non flectet̄. Et exaltatõnem glorie.
vnde ſequit̄. Et exaltauit illū apud ꝓxi-
¶ mos ſuos. Vel poteſt dici ꝙ hec ſalutatõ
eſt dicenda. qꝛ virgini multum placet. et
diabolo multum diſplicet. hoībꝫ multuꝫ
ꝓdeſt. Placet quidē virgini qn̄ audit ſa
lutatõnē quā ſibi detulit fidelis paranim
phus. que ſibi gaudium maximum fuit.
vn̄ dixit. Exultauit ſpūs meus ⁊c̄. Qn̄
audit celeſtem cantiõꝫ quā ſibi detulit io-
culator deuotus. que cantio tante ſuaui-
tatis fuit ꝙ ꝓuocauit ad cantandū ⁊ ip
ſam. cū dixit. Magnificat aīa mea dn̄m.
⁊ angelos qn̄ dixerunt. Glīa in excelſis
deo. ⁊ totum mūdū. Pſal. Letent̄ celi ⁊
exultet terra. Qn̄ audit ep̄lam quam ſibi
detulit fidelis nūcius in qua ꝯtinebatur
proſperitas amicoꝝ redēptio captiuoꝝ ⁊
victoria hoſtiū. Prouerb. xv. Aq̄ frigida
aīe ſitiēti ⁊c̄. Iſta aūt ep̄la ſm̄ Bern̄. fuit
in ꝯſiſtorio dīuitatis ſeu trinitatis dicta-
ta digito dei deſcripta ⁊ vni ꝺ fortiſſimis
palacij ad deferendū delegata. Qn̄ audit
ambaciatā quam ſibi detulit ſolemnis le
gatus. per quā ſibi annūciabat ꝙ in re-
ginā erat aſſumenda. Bern̄. Egredit̄ ga-
briel ꝺ rege ad reginā. de imꝑatore ad im
ꝑatricē. ⁊ eo forte alacrius. ſ. cum angeli
pri⁹ regē haberēt habituri eſſent ⁊ reginā
¶ Scḋo dyabolo multū diſplicet. diſplicꝫ
eñ ſibi illa ſalutatio. qꝛ ſibi eſt ad diſſeca
tionē. Cū eñ ſit inuidus diſſecat̄ vidēs
ꝙ ꝑ illā ſalutõꝫ hō acquirit ſalutē. Diſ-
plicet ſibi illa cautio. qꝛ eſt ſibi ad mole-
ſtatõnē. cum eñ ſit in luctu moleſtat̄ qn̄
eā audit. Eccle. xxij. Muſica in luctu im
portuna narratio. Diſplicet ſibi illa ep̄la
qꝛ eſt ſibi ad ꝯturbatõꝫ. Cum eñ ſit tyrā
nus diſplicet ſibi. ꝙ ꝑ illam amiſit capti
uos. Iſa. xli. Educēs de ꝯcluſiõe vinctū
⁊c̄. Diſplicꝫ ſibi illa ambaciata. qꝛ ē ſibi
ad indignatõꝫ. Cum eñ ſit ſupbꝫ indig-
natur ꝙ a muliere ſit victus. Iudith. ix.
Erit enīꝫ memoriale domino ꝙ manus
femine deiecerit eum. Nec mirum ſi tantū
ſibi diſplicet illa ſalutatõ. illa cautio. illa
epiſtola. illa ambaciata. quia per illam fu
it territus. Canticorū. vi. Terribilis vt
caſtrorum acies ordinata. Fuit confuſus
Iudith. decimoſexto capitulo. Tradi-
dit eum in manus femine. ⁊ confudit eū
Fuit contritus. Geneſis. tercio. Ipſa

ↄteret caput tuum. Fuit mortuus Jud.
vj. Inter pedes iahel. i. virginis defecit ⁊
mortuus ē zizara. id eſt dyabolus. ⁊ ideo
cum illā ſalutatatōnem audit timet ac ſi
audiret tonitruū quo rotet ⁊ terreat. Pſ.
Vox tonitrui tui deus in rota. Ac ſi vide
ret clauā qua ꝑcutiat Aue. xxiij. Conſur
get virga de iſai ⁊c. Ac ſi videret gladiuꝫ
quo iuguletꝛ Judith. xvj. Amputauit iu
dith pugione caput holoferni. Ac ſi vide
ret clauū ⁊ malleū quo excerebraretꝛ. Ju
di. vj. Siniſtrā manū miſit ad clauū ⁊ de
xtrā ad fabroꝝ malleos timpora zizare. i.
dyaboli valide pforans. Nō ſolū aūt diſ
plicet ſibi illa ſalutatio. ſed etiā oīa verba
que ſunt in ea. Diſplicet eñ ſibi Aue. i.
ſine ve cū ipſe eternū ve ꝓcurauerit. Cūqꝫ
audit noīare mariā. cum ipſa eū ↄtriuerit
Cumqꝫ audit gr̄a plena. cū ipſe primos
ꝑentes gr̄a euacuauerit Cū audit dñs te
cum cum ſerpens ſit ⁊ fuerit. Cūqꝫ audit
benedicta tu in mulieribꝰ. cum ipē maledi
ctōem induxerit. Cū audit benedcs fruc.
ven. cum ꝑ ſuā ſuggeſtōem fructus muli
eris fuerat maledictus ¶ Tercio hec ſalu
tatio hōi multum ꝓdeſt. Nō eñ aliqñ eſt
immundus ꝑ culpā. tenebroſus ꝑ igno
rantiā. vacuus per priuatōem gr̄e. ſolus
derelictus a diuina ꝓtectōne. maledictus
maledictōe pene eterne. ⁊ famelicus a ce
leſti refectōe. Sed qui eſt immundus ad
tam ſcām accedat que eſt ſine ve culpe. iō
dꝛ aue. Qui eſt tenebroſus accedat ad tā
illuīatam. ideo dꝛ. maria. que interpreta-
tur illumīata. qui eſt gr̄a vacuus accedat
ad tam repletā. ideo dꝛ. gr̄a plena Qui ē
ſolitarius ad tā ſociatā accedat. ideo dꝛ.
dñs tecum Qui eſt maledictus accedat
ad tam benedictā. ideo dꝛ. Benedicta tu
in mulieribꝰ. Qui eſt celeſti benedictōe ⁊
refectiōe priuatus accedat ad ipſam tali
fructu immenſo dotatā. ideo dꝛ. ⁊ benedi
ctus fructus ventris tui.

¶ De eodem Sermo. vj.

Aue maria gr̄a plena dñs tecum
Solent mulieres ſex grās affec
tare tēpaliter quas beata vgo ma
ria habuit ſpūaliter que in angelica ſalu
tatōe notantꝛ Primo nāqꝫ habuit pulcri ¶
tudinē cum dꝛ Aue. i. ſine ve peccati. fuit
eñ tam pulcra ꝙ fuit ſine macula Can.
iiij. Tota pulcra es amica mea ⁊ macula
non eſt in te. Ipſa eñ fuit pulcra. qꝛ ſine
pctō originali. tota pulcra qꝛ ſine peccato
mortali. ⁊ ſine macula. qꝛ ſine peccato ve
niali. Et non tm̄ fuit pulcra ſed habuit pſ
cerrima ornamenta. de quibus dꝛ in pſ.
Omnis gloria eius filia regis ab intus in
fimbrijs aureis. Habuit eñ veſtimentuꝫ
variatū ꝑ virtutum diuerſitatē. ideo dꝛ.
circūamicta varietate. interius informatū
ꝑ ſincerā intentōem. ideo dꝛ Oīs gloria
eius filie regis ab intus. Exterius auro
ſeratum inſiſeratū per caritatē. ideo dꝛ.
in fimbrijs aureis. Eius eñ caritas ⁊ vſ
qꝫ in finē ꝑſeuerauit ⁊ vſqꝫ ad paupes ſe
extendit. qui ſunt quaſi fimbrie in veſtim̄
to eccleſie. ¶ Scdo excellentiā ⁊ nobilita
tem habuit cū dicitur. maria. que interꝑ-
tatur dña. Eſt autem triplex nobilitas.
Prima eſt originis que cauſatꝛ ex carnis
ꝓpagatōe. Secunda moꝝ que cauſatꝛ ex
moꝝ ↄpoſitione. Tercia virtutis que cau
ſatur ex virtutū poſſeſſione. Iſtā triplicē
nobilitatē ipſa habuit. de qua dꝛ in pſal.
Aſtitit regina a dextris tuis. ecce nobili-
tas originis. in veſtitu deaurato. i. cuꝫ cor
pore moꝝ honeſtate preclaro. ecce nobili
tas moris. Circumdata varietate. id eſt
virtutum multiplicitate. ecce nobilitas
virtutis ¶ Tercio habuit diuitiarum ple
nitudinem cum dicitur. gratia plena Ha
bet auteꝫ deus quadruplicē menſurā gra
tie ſcꝫ ↄfertam. bonā. coagitatā. ⁊ ſuperef
fluentem. vt habetꝛ Luce. vj. Bona men-
ſura eſt menſura ſufficientie. quam ha-
bent omnes ſancti ad ſui iuſtificationem
Conferta eſt menſura abundantie quam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

babuerũt apoſtoli ad ſuā ꝯuerſatõnem ⁊
alioꝝ ſaluatõnem. Coagitata ē excellētie
quā babuerũt in vtero ſcificati. Supeꝛ/
fluens eſt menſura affluentie que fuit in
xp̄o. Omēs aũt bas quatuoꝛ menſuras
gratie virgo babuiſſe videt᷑. vñ̄ ipſa ait
Eccĩ.xxiiij. In me õnis gratia vite. quo
ad gratiā iuſtificantē. ⁊ veritatis. quo ad
gratiā alios ꝯuertentē ⁊ ſalutantē. ⁊ vir/
tutis. quo ad gratiā ꝯfirmantē. ⁊ a gene/
rationibus noſtris adimplemini. quo ad
gratiā ſupeꝛfluētē. ¶ Quarto bũit ſpon
ſum amabilem. cum dicit᷑. dominus tecũ
Circa qḋ notandũ ꝙ quadruplex eſt vni
tas. Prima ē carnalis que eſt inter ſpon
ſum ⁊ ſponſam. Scḋa eſt naturalis. que
eſt inter patrē ⁊ filiũ. Tercia eſt ſocialis q̄
eſt inter amicũ ⁊ amicũ. Quarta ē ſpũal᷑
que ē inter deũ ⁊ animā. Iſta quadrupli
ci vnitate dñs erat ſecũ. Primo vnitate
carnali. que eſt inter ſponſum ⁊ ſponſam.
Chriſtus enĩ cũ ea matrimoniũ ꝯtraxit ⁊
eam in ſponſam accepit Oſee.ij. Spon
ſabo te mibi in fide. p̄s. Ipſe tanq̄ꝫ ſpon
ſus ꝓcedēs de thalamo ſuo. Sponſataꝫ
valḋ amauit. Heſter.ij. Adamauit eam
rex ſupꝛ oēs mulieres. Adamatā ſibi ꝯiũ
xit ⁊ vna caro facta fuit. qꝛ caro xp̄i erat
caro virginis Geñ.ij. Erũt duo ĩ carne
vna. ¶ Scḋo fuit cũ ea vnitate naturali. q̄
eſt inter matrē ⁊ filiũ. Ex qua vnitate fie
bat ꝙ ipſa diligebat filiũ tanq̄ꝫ rem ſuā.
ij. Re.j. Sicut mater filiũ vnicũ diligit
ita te diligebā. Et filius honorat matreꝫ
tanq̄ꝫ cām ſuā honorando ipſam in vita.
qꝛ ſibi ſubditus fuit. In moꝛte. qꝛ ad ip/
ſam venit. Et poſt moꝛtē. qꝛ ipſaꝫ ad dex
terā ſuā collocauit. Et ipſi ambo ſibi mu
tuo ꝯpatiebant᷑ tanq̄ꝫ bñtes animā ſuā.
Luc.ij. Tuā ipſius animā ꝑtranſibit gla
dius. ¶ Tercio fuit ſecũ vnitate ſociali. q̄ ē
inter amicũ ⁊ amicũ. Ipſi enĩ diligebant
ſe mutuo. Cañ.vij. Ego dilecto meo et
ꝯuerſio eius ad me. Ipſi idē vellet ⁊ idem
nolle babebāt vt bẽ Cañ.ij. Dilect᷒ me᷒
mibi ⁊ ego illi. Immo eis ⁊ in eis coꝛ v/
nũ ⁊ aĩa vna erat. ſi enĩ de credētib᷒ dicit᷑
Actu.iiij. Erat enĩ eis coꝛ vnũ ⁊ aĩa vna
erat. multo excellentius iſta vnitas ĩ filio
⁊ matre erat ¶ Quarto fuit cũ ea vnitate
ſpũali que ē inter deũ ⁊ aĩam. Adeo qui
dem fuit ſecũ vnita ꝑ amoꝛē ꝙ tota fuit
in amoꝛē ꝯuerſa. iḋ dicit᷑ Apo.xij. Mu/
lier amicta ſole. ꝙ tota ex amoꝛe facta eſt
languida. Cañ.ij. Fulcite me floꝛib᷒. ſti/
pate me malis. qꝛ amoꝛe langueo. ꝙ tota
fuit amoꝛe liq̄facta Cañ.v. Anima mea
liquefacta eſt. ꝙ tota fuit amoꝛe xp̄i vul/
nerata. vñ̄ ait ſponſa Cañ.ij. Vulnerata
caritate ego ſum ¶ Quinto bũit famā ce
lebꝛem. cũ dr̄. Bñ̄dicta tu in mulieribus.
Ipſa eĩ fuit famoſa deo ꝑ bũilitatē. ange
lis ꝑ virginitatē. bomib᷒ ꝑ fecunditatē.
De bis trib᷒ dicit᷑ Iudith.xv. Tu glĩa
bierusalē. i. dei. in quo eſt viſio nr̄e pacis
Tu leticia iſrl̄. i. angeloꝝ qui ſꝑ reſpiciũt
faciē patris. Tu bonoꝛificētia ꝑpli noſtri
i. totius generis bũani. et ſequit᷑. Quia
feciſti viriliter deũ. ſ. ꝑ tuā bumilitatē ad
terā trabendo. ⁊ ꝯfoꝛtatũ ē coꝛ tuũ ꝑ tuā
fecunditatē bũano generi ſalutē inueniē
do. Et ꝙ caſtitatē amaueris virginitatē
cũ angelis ꝯſeruādo. ꝓpter bāc famā cele
bꝛē ipſa dicit Beatā me dicēt oēs gene/
ratõēs. qꝛ ⁊ ꝯiugate ꝓpter ꝓlē quā bũit
Et vidue. ꝓpter ꝯtinētiā quā ſeruauit. et
v̄gines. ꝓpter integritatē mētis ⁊ etiam
coꝛꝑis quā cuſtodiuit. Sexto bũit ꝓlem ¶
nobilē. cũ dicit. Et bñ̄dictus fruc. ven. t.
Iſta eſt illa bñ̄dictio de q̄ dr̄ Geñ.xxvij.
Det tibi deus de roꝛe celi ⁊ de pinguedīe
terre abundantiā vini frumēti ⁊ olei. De
quo etiā fructu dr̄ in p̄s. A fructu frumēti
vini ⁊ olei ſui mltiplicati ſunt. In iſto fru
ctu fuerũt tres ſbē. ſ. caro q̄ ſignificat᷑ ꝑ
frumentũ. q̄ fuit moꝛtua in paſſiõe. pullu
lauit ĩ reſurrectõe. ⁊ multũ fructũ attulit
in aſcenſione ⁊ ſpũſſcĩ miſſiõe. Iobā.xij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Niſi granum frumenti cadens in terram
mortuū fuerit ꝛc̄. Per oleū ſignificat̄ ei⁹
aīa que oleo ſancti ſpūs fuit plena. Iſa.
p̄. Unxit te deus deus tuus ꝛc̄. Per ipm
vinū qđ letificat cor hoīs. ſignificat̄ ipſa
diuinitas q̄ eſt leticia ſanctoꝝ. Eſt igitur
iſte fructus benedictus ꝛ q̄tum ad carnē
que ꝑ nobis paſſa fuit ꝛ reſurrexit. ꝛ quā
tum ad aīam que ſpū ſcō plena de ſua ple
nitudine nobis effudit. ꝛ q̄tum ad diui
nitatē in q̄ nr̄a leticia ꝛ beatitudo ꝯſiſtit ꝛc̄

De eodem Sermo. iiij.

Ave maria gr̄a plena ꝛc̄. In iſta
ſalutatione angelica ponunt̄ ſex
cāe quare debet aliqua dn̄a ſalu
tari. que pn̄t plene in dn̄a noſtra virgine
maria gloſa inueniri. Salutanda eſt qui
dem dn̄a noſtra tā formoſa. qđ notat̄ cuꝫ
dr̄. Aue. i. ſine ve peccati. nulla eñ peccati
macula in ea fuit. ꝛ iđo fuit plene formo
ſa ꝛ pulchra extitit. Ut vero eius pulchri
tudinē melius videamus notandū ꝙ eſt
quintuplex pulchritudo. Prima ē ſpūa
lis. que ꝯſiſtit in decore virtutū. de qua dr̄
Treno. iiij. Saphiro pulchriores. Iſtaꝫ
pulchritudinē ipſa habuit. de qua dr̄ in
ps. Spē tua ꝛ pulchritudīe tua ꝛc̄. Om
nes enim v̄tutes ipſa poſſedit Eccī. xliiij
In me oīs gratia vite ꝛ virtutis ꝛc̄. Se
cunda eſt pulchritudo moralis que ꝯſiſtit
in ꝯpoſitione moꝝ. de qua dicit̄ Sap. iiij
O q̄ pulcra eſt caſta generatio cū clari-
tate. i. cum moꝝ honeſtate Iſtā pulcritu-
dinē ipſa habuit. de qua dr̄ Cantico. vij.
Quā pulcri ſunt greſſus tui in calciamē
tis filia principis. Greſſus vero aīe ſunt
virtutes eius. ꝛ calciamenta greſſuū aīe
ſunt oꝑa virtutū eius. De pulcritudine
aūt moꝝ eius ait ambroſ. in li. de virgini
bus. Nihil in maria toruū in oculis. ni-
hil in verbis ꝓcax. nihil in actu verecūdū.
nō geſtus fractior. non inceſſus ſolutior.
nō vox petulantior. Tercia eſt pulcritudo
celeſtis. de qua pulcritudine ait Yſa. xxxij
Sedebit populus in pulcritudīe pacis.
Iſtā eñ pulcritudinem ipſa poſſidet. qꝛ
pre ceteris ſcīs in glā magis fulget. ſ. vt
nō ſolū mundū ſed etiā illuīat ꝑadiſum.
Bern. Marie pñtia totus illuſtrabit̄ or-
bis adeo vt ipſa iam celeſtis pñia ſolito
clarius rutilet virginee lāpadis irradiata
fulgore. Quarta ē pulcritudo angelica.
de qua dr̄ Ezech. xxxj Oē lignum ꝑadiſi
non ē aſſimilatū ei ꝛ pulchritudini eius.
Iſtam pulcritudinē habuit ipſa beata v̄-
go in q̄tum virginitatē illibatā ſeruauit.
maior tñ fuit puritas beate virginis q̄ an
geloꝝ. Fuit eī infra puritatē diuinā puri-
tas beate virginis. ſed ſupra puritatē an
gelicā ꝛ humanā Anſelmus ſic ait. De-
cebat vt btā virgo niteret ea puritate qua
maior ſub deo nequit intelligi. qui etiaꝫ
oēm puritatē angelicā ꝛ humanā tranſcē
deret. Quinta eſt ipſa pulcritudo dīna.
de qua dr̄ ihere. xxxj. Benedicat tibi dñs
pulcritudo iuſticie. Iſtā pulcritudinē eti
am btā virgo habuit. in cuius vtero ipſa
dīna pulcritudo nouē menſibꝫ habitauit
De quo dr̄ in ps. Concupiſcet rex deco-
rem tuū Ihero. Si mariā diligenter aſpi
cias nihil eſt v̄tutis. nihil ſpecioſitatis.
nihil candoris. nihil meriti. nihil glorie.
nihil gaudij. nihil ſalutis qđ ex ipſa non
reſplendeat. Secundo ſalutanda eſt do
mina tam luminoſa. quod notatur cum
dicitur. Maria que interpretatur illumi-
natrix. De ipſius autem luminoſitate di
citur Apoca. xij. Mulier amicta ſole. ꝛ lu
na ſub pedibꝫ eius. Ex quibꝫ verbis iam
dictis habet̄ ꝙ ipſa beata v̄go eſt illuīata
a ſuperiori cum dr̄. in capite eius corona
duodecim ſtellaꝝ. i. nouē ordinū angeloꝝ
ꝛ triū hoīm. ſ. martiꝝ. ꝯfeſſoꝝ ꝛ virginum
Eſt illuīata ab inferiori cū dicitur. Luna
ſub pedibꝫ eius. Hꝫ etiā eccīam militātē
ſub ꝓtectione. ꝛ triūphantē ſub ſua dña-
tione. Eſt etiā illuīata ab exteriori cū dici
tur. Amicta ſole. i. fulgida conuerſatione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Illuminata ab interiori. ideo dicitur In
vtero habens. Habuit enim nouem mē-
ſibus in ſuo vtero diuinum ſplendorem
Illuminata a dextris. quia in ꝓſperitate
habuit ſapientiam. Et a ſiniſtris. quia in
aduerſis habuit patientiam. ideo dicitur
ꝙ date ſunt ſibi due ale ꝑ quas volauit
in deſertum. i. in celum. De eius etiã lu-
minoſitate dicit᷑ Cañ. vi Que ē iſta que
ꝓcedit᷑ velut aurora ꝯſurgens pulcra vt
luna. electa vt ſol. terribilis vt caſtrorum
acies ordiata. In die nihil pulcrius ſole
In nocte nihil pulcrius luna. In ꝯfinio
diei ⁊ noctis nihil pulchrius aurora. In
certamine nihil pulcrius caſtroꝝ acie or-
dinata. Ipſa igit᷑ peccatores purgat a te
nebris lumine gratie ſue. iō aſſilat᷑ auro
re. Errãtes dirigit luce ſue ſapientie. Iō
aſſimilat᷑ lune. Ac frigidos accendit ca-
lore caritatis ſue. ideo aſſimilat᷑ ſoli. De
mones terret fulgore maieſtatis ſue. ideo
aſſimilat᷑ caſtroꝝ acici ordinate ¶ Tercio
ſalutanda eſt domina tam gratioſa. cum
dicitur Gratia plena. Magnū eſt habere
potentiam receptiuam gratie quam hñt
mali ꝙdiu ſunt in via. ſed ea caret dam-
nati in pena qui vlterius non pñt redire
ad gratiam Luce. xvi. Inter nos et vos
chaos magnum firmatum eſt. Maius eſt
eſt habere guttam gratie quam hñt boni
qui tm̄ ſunt imꝑfecti. Qui biberit de flu-
uio paradiſi. cuius gutta maior eſt occea
no. reſtat vt in eo ſitis mundi penitus ſit
extincta. Maximū eſt habere calicem vel
plenitudinem gratie quã habent viri ꝑfe
cti qui quodãmodo dei amore ſunt ebrij
Pſal. Calix meus inebrians ꝙ̄ p̄clarus
eſt. Per maximū eſt eſſe in fonte gratie.
in quo ſunt beati. De quo fonte dicit᷑ in
p̄s. Qm̄ apud te eſt fons vite ⁊c̄. ꝙ felix
ergo eſt virgo maria que non tm̄ potentiã
receptiuam gratie. non tm̄ guttam gratie
nō tm̄ calicem ⁊ plenitudinē gratie. Sed
etiã fontem ⁊ flumē habuit oīm gratiaꝝ.

Bern. Vehementia deſiderij feruore dile
ctionis. puritate oratōnis fontē attingit
pietatis vt hauriret ſuꝑ angelos quam
refundat hominibꝫ aquã viuã ¶ Quarto
ſalutanda eſt domina tam glorioſa. cū dr
Dominus tecum. Fuit quidē ſecū dñs
pater qui fecit eam tam potentem. Ecci.
xxiiij. In iheruſalem poteſtas mea. Dñs
filius qui fecit eam tam ſapientē. Pro-
uer. xliij. Mulier ſapiens edificat domū
ſuam. Dñs ſpiritusſanctus qui fecit eam
tam clementem. vnde dicit᷑ Oliua. Ecci
xxiiij. Quaſi oliua ſpecioſa in campis. ⁊
ideo potenter in morte nos defendit. vnd
dicit᷑. Tu nos ab hoſte ꝓtege. Sapiēter
poſt mortem nos ſuſcipit. vnde ſequitur
In hora mortis ſuſcipe. Clementer i vita
iuſtis gratiam ⁊ peccatoribꝫ miſericordiã
infundit. vnde premittit᷑. Maria mater
gratie mater miſericordie. Ecclesi. xxiiij.
Ego mater pulcre dilectōis. quo ad gra
tiam quam in iſtis tribuit Et timoris. qꝛ
hoſtibus terribilis extitit. ⁊ agnitōnis. qꝛ
ſapienter nos deducit. Et ſancte ſpei. qꝛ
clementer peccatori veniam infundit. ¶
¶ Quinto ſalutanda eſt domina tã famo
ſa. cum dicit᷑. Benedicta tu in mulieribꝫ
Vere eſt benedicta non ſolū in mulieribꝫ
ſed ſuꝑ omnes mulieres. qꝛ cum triplex
ſit ſtatus mulieꝝ. ſ. virginū. viduarum ⁊
ꝯiugataꝝ. Quicquid bonitatis eſt in tri
plici ſtatu ipſa habuit Quicquid autem
mali eſt ſiue defectus. ipſa vitauit. ¶ In
ipſa virginitate quidem ē quoddã bonū
ſcꝫ integritas carnis. ⁊ quoddã malū ſcꝫ
ſterilitas ꝓlis. In viduitate vō ē qddã
bonum ſcꝫ libertas animi. ⁊ quoddã ma
lum. ſ. ſolitudo ꝯſortij. In ꝯiugio vero ē
quoddã bonum ſcꝫ fecunditas prolis. et
quoddam malum ſcilꝫ corruptio carnis.
Beata igit᷑ virgo maria eſt benedicta ſuꝑ
omnes mulieres. qꝛ fuit virgo ſine ſterili
tate. vidua ſine ſolitudine. cōiugata ſine
corruptōe. Judith. xv. Viriliter feciſti ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

caſtitatem amaueris. ⁊ poſt virum tuum
alteꝝ neſciueris. Ipſa namqꝫ viriliter fe/
cit. q᷑ fuit mater incorrupta. Caſtitatem
amauit. q᷑ fuit virgo fecunda. ⁊ poſt mor
tem viri ſui alteꝝ neſciuit. q᷑ fuit vidua.
⁊ toti trinitati ſociata. ¶ Sexto ſalutanda
eſt domina tam fructuoſa cum dicitur. Be
nedictus fructus ventris tui. Ille autem
fructus ſcḋm bernardū fuit benedictus in
odore. in ſapore ⁊ in ſpecie. Odor autem
iſtius fructus tantus erat ꝙ patrem recō
ciliauit. Geneſ. xxvij. Ecce odor filij mei
ꝙ demones expulit ⁊ ꝯturbauit. Eccleſ.
xxiiij. Quaſi enim mirra electa dedi ſua/
uitatem odoris. ꝙ totum mundum reple
uit. De hoc Job. ix. Dies mei tranſierūt
quaſi naues poma portantes. Chriſtus
enim per mare huius mundi nauigauit ⁊
nobis odorem ſuum reliquit ¶ Secundo
eſt iſte fructus benedictus in ſapore. cui⁹
ſapor eſt tam dulcis ꝙ appetitum prouo
cat. Eccleſiaſti. xxiiij. Qui edunt me ad/
huc eſurient. ꝙ omnia amara dulcorat.
Deuteronomī. xxxiij. Inundationes ma
ris quaſi lac ſuget. ꝙ omnia alia dulcia
in inſipiditatem ꝯmutat. Job. xxvij. Ani
ma ſaturata calcabit fauum ¶ Tercio eſt
benedictus in ſpecie. Eius enim ſpecies ē
tam luminoſa ꝙ requiritur in nobis mag/
na purificatio vt ipſam videre valeamus
Mathei. v. Beati mundo corde quoniā
ipſi deum videbunt. tam gratioſa ꝙ ibi eſt
noſtra delectatio. Heſter. xv. Facies tua
plena eſt gratiaꝝ. tam glorioſa ꝙ ibi eſt
noſtra beatitudo. Johan. xvij. Hec eſt vi
ta eterna vt cognoſcant te ſolum veꝝ deū
⁊ quem miſiſti iheſum xp̄m ⁊c̄.

¶ In cena domini.

¶ Sermo primus.

Afferam pau/
xillum aque ⁊ lauentur pedes
veſtri ⁊ requieſcite ſub arbore
portamqꝫ buccellam panis ⁊ ꝯfortetur cor
veſtrum Gene. xviij. Iſta verba que abra
ham angelis dixit poſſunt eſſe verba xp̄i
dicta in cena apoſtolis ſuis. ¶ Fecit enī cū
eis cenam. in qua quatuor genera fercu/
loꝝ appoſuit. ſcꝫ exemplum. medicamen
tum. ſacramentum ⁊ documentum. Exē/
plum humilitatis impendit in pedum ab
lutione cum dicit. Afferam pauxillum a/
que ⁊ lauentur pedes veſtri. De iſto enim
exemplo ipſe dicit. Exemplum enim de/
di vobis ⁊c̄. Lauit autē eorum pedes nō
tm̄ corporales ſed etiam ſpūales quadru
plici aqua que in preſenti euangelio deſig
natur. Primo enim aqua materiali. de q̄
dicitur. Miſit aquā in peluim. ⁊ cepit la
uare pedes diſcipuloꝝ. Et hoc vt dictum
eſt fecit in exemplum humilitatis. Aug.
Didicimus fratres humilitatem ab excel
ſo. facimus inuicem humiles qḋ humili
ter fecit excelſus. nec dedignetur qḋ fecit
xp̄s facere chriſtianus. Cum enim ad pe
des fratris inclinatur corpus. etiam in cor/
de ipſo vel excitatur. vel ſi iam inerat ꝯfir
matur humilitatis affectus ¶ Secūdo la
uit aqua ſacramentali. De qua dicitur.
qui lotus eſt. nō indiget niſi vt pedes la/
uet. Ibi dicit gloſa. Ex hijs verbis intel
ligimus baptiſatos fuiſſe apoſtolos. ⁊ ſi
non legatur. vbi Aug⁹. Totus homo in
baptiſmo abluitur ſed cum in rebus huma
nis poſtea liniturvtiqꝫ terra calcatur. Ip
ſi ergo affectus humanī quaſi pedes ſunt
vbi ex humanis rebus afficimur. Quoti
die ergo lauat pedes in nobis qui interpel
lat pro nobis. Nec videtur abſurdū attenta
ſimilitudine neqꝫ miꝝ ſi homo eſt promp
tus ad pulueres ꝯtrahendos. q᷑ ē puluis
in natiuitate. in vita. ⁊ in morte. Nam de
puluere fuit ꝯditus ⁊ in puluerē eſt reſol
uendus. ⁊ puluereū hꝫ corpus. Genī. iij.
Puluis es. ecce q᷑ de puluere ꝯditus. ⁊
in puluerē ibis. ecce q᷑ puluereum hꝫ cor
pus Loquar ad dn̄m meū cū ſim puluis
⁊ cinis. q᷑ igitur totus hō eſt puluis. ⁊ ſile



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf